

hoc imitatio, atque in iudiciis vestris irreprehensibilis eritis: necnon illud præbebit occasionem præstantissimas quaslibet virtutes exercendi. Divites estis: Abraham vobis fortasse erit ditor. Heu numquid, ut ille, estis orphanorum parentes, advenarum hospites, egenorum patroni, atque nutritivi: & opes vestre nonne magno vobis esse poterunt adjumento, ut Sancti statim? Pauperes estis, & per paupertatem plurimis morbis obnoxii: videte pauperem Lazarum, quem ipsa paupertas sanctificavit, atque in Abraham filium constituit. Artifices estis, totamque diem, nec medietatem noctis partem laboribus impenditis ad familiæ victum comparandum? S. Joseph gloriosus Deipara Virginis Sponsus nonne & ipse faber erat lignarius? Ipse tamen in artis suæ executione præstantissimis virtutibus amplissimam in celo sedem promeruit. Militie nomen dedistis: mementote strenui illius Centurionis, de quo loquitur evangelium, qui non secus ac vos in castra, aciemque pergebat, quem nihilominus tanta fide, zelo, & charitate prædium videtis, ut Dei filius quasi admiratione percussus eum laudibus celebraverit. Hæc inductione S. Chrysostomus utitur probaturus, nos quoque cum in statu simul posse perfecte Deum legem servare. *P. Texier pro feria quinta post Cineres.*

Deus statibus, atque professionibus omnibus inconcussum præbuit fulcrum, & fundamentum, cum illis legem suam tribuit. Servate legem hanc in corde vestro, & gressibus vestros confirmabit, quantumvis lubrica via sit, per quam ambulatis. *Lex Dei quæ in corde est, non supplantatur gressibus vestris.* Ps. 36. Inter tamlibet impedimenta, negotii curas, ipsamque bellum tamlibet, inviolabilis legis hujus amor cor vestrum in pace continet: nullumque scandalum vos avertere poterit. *Hæc multa diligenti hoc legem suam, & non est illis scandalum.* Ps. 118. Vultisne in statu vestro sanctam ducere vitam? Cum videbitis versutias, & fraudes, quæ in aula grassantur, adeo communem in iustitia corruptionem, adeo frequentes in nudis dosos, in artibus pravam fidem, & furta, cum David Ps. 118. clamate: *Viam iniquitatis, auerte a me, quoniam in ea, quam proficor, conditione peccatores valgo sequuntur.* Idem.

Dei filius, qui supremus est legislator, abjectissimas quaslibet conditiones quodammodo ad supernaturalem ordinem evehit; quandoquidem facit, ut nostra infestantur sanctificationi. Itaque licet nobilibus, iudex, miles, mercator, artifex sis; esio quidem: aliam tamen mensuram aliquid es, quippe Christianus es, quæ omnium, quatuor tuarum princeps est, ac præstantissima. Cum igitur Christiani status sit status sanctitatis, etiamque aliquo ab aliis statibus separare minime valeas, & illum tunc belli, & domi, in foro, & in negotiatione, quocumque pergas, & quancumque professionem exerceas, semper tecum geras, felici necessitate opus est, Christianissimum hunc quocumque secum ferre sanctitatem, & efficere militem sanctum, iudicem sanctum, sanctumque mercatorem. Hæc erat Tertulliani sententia: parum interest, ubi sis, vel quam professionem exerceas: etenim in omnibus hinc statibus, si Christianus es, extra seculum es. Idem.

Honestus homo servare novit officia, mores, & quidquid civilem alere potest societatem; novit satisfacere iis muneribus, quæ sanguinis vincula, & essentialia, atque domesticæ affectiones imponunt illi: novit suum tenere locum, familiam regere, ac filiorum suorum dignitati consulere. Hæc autem hominis honesti signa nihil habent a veri Christiani characteribus abnorme: nam quamvis essentia tota, totiusque religionis spiritus æque in sociabili Christiano, ac in solitario esse debeant; etiam utriusque vite ratio, quod ad externum spectat habitum, & officia, longe differre debet; velle enim in mundi hujus commercio vivere, ut decet in solitudine, hoc ita mensuro fuisse videtur. S. Hieronymus inquit, ac velle in solitudine, atque inter claustra mundanæ vivere vitam. Et sane ut in recta via ambulemus, neque ad dexteram, neque ad sinistram hæcendum est, quod accidit dum in extrema vita fit lapsus, vel de dissipatione in recessum, vel de nimio recessu in societatem. *Specimina sermone pro S. post. Penitentiæ. Dom.*

Quis nescit, omnibus fere seculis extitisse principes, regesque sanctos; & plures, qui populi regendis præfuerunt, & primas obtinere dignitates; in illis sanctificatis fuisse adeo præclarum ordinem qua prudenti consilio, quæ suæ sanctitatis exemplo constituentes, ut populi vultum perhorrescerent, ac motu proprio pietatis exercitia amplecterentur? Quot mortales genere clari, quot viri, ac matrones principes, quot utriusque sexus nobiles in hac mundi luce sanctam vitam duxerunt? Et quomodo conditionis necessitas eos

semper in mundo implicitos detineret, interiori tamen affectu ab eodem separati erant, secretis gemebundis instantes Deo juxta Regine Esther exemplum horrorem, quo seculi pompas, & vanitates excrabantur. Vita eorum jugis erat obtutus in Deum, jugis occupatione Deo, jugis bonorum operum exercitio, præsertim vero charitatis, misericordie: ita ut inanis tantum esse possit excusatio, asserere fiera nequaquam posse, quod qui in principum aula vivunt, vel qui summis decorati sunt dignitatibus, sancte vivant. *Moralis in P. h. s. scilicet. 4. a. s.*

Inter homines deprehendimus urbanitatem aliam humanam, aliam politicam, & aliam christianam. In prima non desit bona fides, atque sinceritas, in secunda cupiditas, & dissimulatio, in tertia denique charitas. Humana urbanitas ea est, quæ proximi non nobis conciliare conatur, illi amorem nostram tentantes, estimationem ejus, illi obsequentes; opem denique, operam nostram illi offerentes. Cum enim aliorum amore, & subsidio indigemus, natura in nobis excitat desiderium, atque ea nobis fuerit in ea urbanitate ad ministrata, quæ proprie honestum hominem constituit. Politicæ urbanitatis prioris externam speciem induit, sed spiritu cupiditatis, qui nihil aliis tribuit, nisi ut in inde aliquem referat questum. Christianam tandem urbanitatem alios amore prævertit, aliorum necessitatibus optulatur, illis, quantum ordo mundi pati potest, cedit eosque sincera charitate complectitur. Hæc proximi benevolentiam non improba indulgentia, sed amore conciliat, ut mox hæc benevolentia nos illis inserviendo aptiores efficiat. Hæc alios honorat: si enim religio nos docet Deum in ara colere, christiana urbanitas illum docet in nostri similibus revereri. Hæc, qui meritis debeat honor, officis ostendit, atque amoris demonstrationem eam docet, quæ virtutibus debeat, reverentiam. *Libri tui titulus, Le Censur, du Sacer.*

Hæc honesti hominis qualitas absolutissimam est elogiæ: titulus est iis præstantior, quos dignitas, atque fortuna conferre possunt. Ad illum promerendum possidenda sunt in gradu eminenti virtutes omnes, quæ probitas vera perfectam supponit integritatem, insubibilem rectitudinem, non lætæm generositatem cum modestia, quæ in omnibus, quæ dicantur, quæque sunt; elucet. Honestus homo omnia status sui observat officia, quin proprii characteris obliviscatur, vel eas præterat regulas, quas suum munus prescribit. A justitie sententia non magis, quam a studio suo Soli, potest desistere. *Auctor Anonymus.*

Nemo honestus esse potest, nisi religionem habeat neque ea adimplere omnia, quæ hominibus debet, si desit iis, quæ debet Deo. Hoc efficit, ut perierit, quibus parum religionis est, parum vicissim habeant humanitatis; & passim videmus irreligionem intemperantiam, & crapulam, & effusissimas libidines accedere. Hæc omnia flagitia honesti homines perhorrescunt; tantum abest, quod honestum illum putent, qui sese iisdem mancipaverint. *Auctor Anonymus.*

Verax meritorum nequaquam positum esse in jucunda quadam morum felicitate, sed in corde recto, ac spiritu solido, atque composito. Hoc persuetum esse debet, ubi desit honestas, nullam apud homines estimationem mereri. Ignavam esse, qui satis patitur esse, si ab aliis suspiciatur, quia illi honesti sunt, non autem quod sit ipse honestus: eos, qui vera ducuntur gloria, velle potius suis, quam alienis, bonis qualitatibus debere eam voluptatem, quam inde percipiunt; honores, qui suo nomini, vel dignitati deferuntur, illis ingratos, & injucundos esse, nisi fuis meritis debeantur: honestum hominem quancumque in occasione non ingenio, libidine, affectuque trahi, sed ratione, & honestate: se ad bene agendum nequaquam agi alienis officiis, sed regulis, quas ille sibi præscripsit, ne unquam iis desistat, quæ officium, & urbanitas exigunt, nulla habita ratione modi illius, quo alii eum operantur. Denique illum semper eundem esse forelibet in occasione, quæcumque vel sit, vel aliena fortune accidit mutatio. *Idem.*

Si veram honestatem nolle, & exercere vultis, hæc sita est in hoc, ut in omnibus actionibus vestris magnam præ vobis feratis æquitatem; libenter probetis ea, quæ probanda sunt; bona fide omnes aliorum virtutes commendatis, & ne improbe inimicorum etiam virtutes deterrere; eisque laudum testimonia, quæ merentur, negare veltis; & denique ut aliorum rationem habeatis, bonamque erga illos foveatis voluntatem, non ut vosmetipsos illis commendatis, sed ut ea præstetis, quæ homines sibi alterum debent. Oportet demum scire, non satis esse ob conscientiam, & religionem a malo abhorere; sed egere nos quadam honestate, quæ bonam fulticem exultationem quam ut apud viros bonos taceatur, Sapiens etiam atque

De humana politica, & christiana urbanitate.

Honesti hominis elogiæ, & characteris.

Nullas honestus est homo sine religione.

Ratio, quæ honestum homo agere debet.

atque etiam hortatur. Etenim ex omnibus characteribus hominum nulli magis metuendi sunt, quam qui irregularem, ac parum cordatam vivendi rationem se possunt contra publicum iudicium, necnon hominum omnium censuram contemnere non aliis fultis rationibus, quam ingeni sui libidine, & quin negotium illis facillat, quicquid sapientes, honestique viri dicitur sunt. *Idem.*

Nullus status est, nulla conditio, cui Deus propria non adjuvet officia; & unaqueque peculiaribus muneribus repleta est. Nemo est, cui Deus talenta commiserit, qui non teneatur illa in his impensare exigit, hic supremas bonorum omnium dispensator exigit, & qui rationem eidem reddere minime debeat. Monarcha æque, ac pastor illi vitæ suæ rationem sunt reddituri; atque eorum potissimum negotium esse debet, sese præparare, semperque paratos esse, ut cum a supremo iudice vocabantur, reddere valeant rationem modi illius, quo credito sibi munere fuerint perfuncti. *Abbas Trappensis in moralibus Considerationibus in S. Luca Evangelium.*

Ad catholicam fidem vocatio, conditio, in qua nati sumus, vite genus, quod consulto Deo sumus amplius, munera, quibus in civili vita ornati sumus: hæc omnia quædam complectuntur officia, quæ nobis tamquam altissimi præcepta habenda sunt. Hæc summa fide officia adimplere debemus, ita ut ne unum quidem prætermittatur; eorum laborem ferre, ac tardia ea constantia subire, quæ nulla unquam re valeat deterteri; illis toto spiritu, & corde adherere: hoc

est Dei obedire mandatis. Diligentia hæc vere virtus est, quæ fulgorem suum mutatur a jugi bello, quod pro Dei amore, & contra proprium amorem sustinet. *Auctor Anonymus.*

Quanam est amoris proprii licentia fallacia tantum ratiocinia sua sequentis, & quidquid sibi crucem figit fugientis? Quanam sunt impetus, & sollicitudines quod pro iis omnibus, quæ nitent, & fulgent? Quodnam tædium nobis inspirat pro communibus, vulgariis, & obscurisque occupationibus, quæ sibi mutuo succedunt, & quæ quotidie eodem ordine revertantur? Quanam stes ad evitandas spinas, quæ veluti sub pedibus nobis qualibet in conditione oboriuntur, & quæ omnes status, omniaque munera nostra circumdantque sepiunt? Quanam impatiencia, quod murmur, quæ querela, & sepe quæ rebellio, quinquam tumultus, dum coarctetur, eique resistitur? Quicquam igitur religioe iis fatidicis muneribus, quæ nobis nostra ad fidei catholicam vocatio injicit; quicquam fortis animo suffert pondus conditionis, ad quam vocatus est; quicquam fideliter adimplet officia status illius, quem Deo confuso est aggressus: quicquam graves, ac molestias numeris sui occupationibus jucundis, & voluntariis præter executionibus exterioris pietatis, cujus fallax fulgor occupatos perstringit: quicquam hujus est characteris, & flagit, redigitque sub Dei legem omnes amoris proprii motus; & vir hæc virtute præditus ille vere est, quem Sapiens inquit non mundana, sed immortalis gloria coronaturus. *Fecit enim mirabilia in vita sua. Idem.*

Varia officia, quæ adimplere tenentur.

Honesti hominis elogiæ, & characteris.

Nullas honestus est homo sine religione.

Ratio, quæ honestum homo agere debet.

In quolibet statu esse potest virtus divina legi obnoxia.

Christiani sui status etiam magis profectus sanctificat.

Honestus homo nihil habet homini christiano oppositum.

Omnibus seculis non desit in ipso mundi vultu, qui sancte vivunt.

# O P E R A.

Bona opera, & actiones bona: haram meritum, & necessitas.

## M O N I T U M.



OC in hoc de bonis operibus generatim duxerat agendum est, quia de ulla singularem sermo factus singulis enim sum attribuitur titulum, veluti orationi, elemosyne, jejuniis, & aliis, quæ totam christiana religionis disciplinam componunt. Immo neque omnes eorum species recenseantur, præsertim ea, quæ misericordie, charitatis, penitentia vocantur, neque omnes virtutis actiones, quæ quilibet fidelis exercere tenetur, & sine quibus nequit officia religionis obire. Officia hæc, generatim legendo sunt credere, & facere; fides, & bona opera: ita ut alterum deficiente, hæc non sit amplius vita christiana, æternæque damnatio evitari non possit. De his igitur bonis operibus a fide mere theoreticæ distinctis, & in fide præctica contentis, hic agimus.

Itaque in hisce collationibus inveniemus ea, quæ ad bonorum operum, bonarumque actionum necessitatem, meritum, & præmium pertinent; nam quocumque assertur inter duplicem hanc terminum distinctio, hoc in argumentis consensendum fuit, cum alter sine altero esse non possit. Necessitas non est, nisi mera controversia instituat sermo, factus verba facere de hæreticorum hæc in re errare, qui non extremum ex præcipuis Catholicorum dogmatibus constituit; sed etiam argue etiam horumque fideles sunt ad bonorum operum executionem, atque ostendendum quam plurimos damnari, eo quod officium salutis adeo necessariam negligunt, & omittunt.

Animadvertendum est tamen argumentum hoc cum aliis pluribus coherere, quorum quædam veluti partem efficere potest: hujusmodi sunt, temporis bene insumpti ratio, vitæ fuga, nomen, & conditio Christiani, ipsaque fides, quæ sine operibus mortuus est. Concionator est, hæc præparare argumenta invicem sibi inharere, nihilque in singulis asserre, quod eorum proprium non sit, & peculiare.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Systemata.



Quamquam Dei filius morte sua æternam promeritis nobis fuerit felicitatem, vult tamen eam nos acquirere, ac nosmet bonis operibus possessione illius dignos præbere. Quamobrem in hac concione ostendam, 1. necessitatem bonorum operum, sine quibus nullus fidelis (de adultis loquor) salutem suam operari potest: 2. defectus, qui in bonis operibus obrepunt, eorumque meritum auferunt: 3. qualitates, & conditiones, quæ in bonis operibus requiruntur, ut cœlum, ac præmium illis promissum mereantur.

Pars prima. Quod spectat ad necessitatem, Theologi duplicem illius speciem distinguunt: alteram quidem necessitatem præcepti, quæ explicito summi legislatoris imperio innuitur præcipientis, ut hac omnino vita mortales ad supremam perveniant felicitatem; alteram vero, quam medi necessitatem appellant, quia vix fieri potest, ut aliter fiat. Ostendendum est autem sine bonis operibus (quod nomine intelligimus executionem virtutum, & christianarum actionum, quæ

statum, & conditionem singulorum decet) neminem salvari posse, neque gloriam, ad quam Christianus factus est, promereri. Primum igitur necessaria sunt necessitate præcepti; quia & generatim, & quolibet singularem, imperata sunt: generatim quidem i dicit enim Salvator, nisi iustitia nostra videbitur opera nostra bona abundaverint, nullusquam in cœlum esse ingressuros. Imperat ergo, ut fiant, quandoquidem exigit, ut opera nostra & numero, & perfectione præsent operibus Phariseorum, qui proculdubio quadam faciebant; quippe se præ exteri religiosiores legis observatores esse gloriabantur. Ad hæc nonne præcipit, ut electionem nostram ad fidem, nosmetque prædestinationem ad gloriam bonorum operum executionem certam faciamus? Nonne sexcentis in Scripturæ locis videmus, imperari, ut totam legem adimpleamus? Hæc autem nonne totidem sunt bonorum operum præcepta? In autem singularem rem inveniunt verum, nonne præceptum habentis eroganda elemosyne faciendi



endi fructus dignos penitentia, exercende in proximos charitatis, atque, ut me verbo expediatur, non solum evitandi malam, verum etiam operandi bonum, quod idem est, ac bona opera facere? Secundo haec medi necessitas est; Deus quippe coelum, & gloriam veluti praemium, ac mercedem promisit; merces autem omnino supponit meritum, meritum vero opera bona; in his enim, non autem in bonis naturae dotibus, aut in pulchris actionibus mere moralibus, polliciturque &c. consistit.

Præterea medi necessitas est; nam theologica virtutes, Fides, Spes, & Charitas, quae omnino necessariae sunt ad salutem, sine bonis operibus esse non possunt. Cum enim in hoc salutis negotio Deus nequam solus operetur, sed nostram exigat cooperationem; cooperatio ista non nisi per bona opera fit. Fides denique, & sine bonis operibus mortua est, & gratia sine qua nihil bonum operari licet, nobis, ut operemur, conceditur: ita ut nequissimus confensus sit abusus, inerti, otiosaeque fidei contentum esse &c.

Pars altera. In bonis operibus, cuiuscumque generis illa sint, plures timendi, evitandique sunt defectus, quorum hi sunt praecipui. 1. Non desunt, qui solidas virtutes, atque opera bona, quae jubentur, relinquantur in vacatori, quae ex ipsorum libidine pendunt, cuius modi sunt quaedam devotiones, in quibus totam virtutem constituent; quin toto pectore incumbant ad affectiones superandas, ad vitia evertenda, ad fructus dignos penitentiae faciendos, ad charitatis munera obeunda. 2. Alii bonis supererogationis operibus, quae consilii tantum sunt, vacant, & omittunt illa, quae inevitabili lege praestare tenentur. Mulier, exempli gratia, cui rei familiaris cura commissa est, totum in xenodochiis invisendis, effundendis precibus, concionibus, quae tota sunt urbe, audiendis transmittit diem, atque interim domum curam relinquit, filios negliget erudire, & ad pietatem formare, domesticorum salutem contemnet, aliaque status sui obire munera praetermittit. Ostendendum est primo ea, quae praecipui sunt, adimplenda esse, antequam ad ea, quae consilii, animus adimpleatur &c. 3. Non desunt qui ex his, quae necessario faciendae sunt, alia quidem diligentissime adimpleant, alia vero profors negligant; ea, quae ingenio suo conformia sunt, libenter suscipiant, ac se non tenari putent ad ea, quae novissim cum labore, gravatque efforcio possunt, qualia sunt iniurias dimittere, as alienum dissolvere. 4. Sunt etiam, qui aliqua bona opera efficiunt, sed valde pauca, quae in re eorum deficit iustitia; Non invenio opera tua plena. Apoc. 3. Apertus es, & inventus es minus habens &c. Daniel. 5.

Pars tertia. Explicanda sunt qualitates, & conditiones, quae in bonis requiruntur operibus, ut mercedem, quam Deus illis promisit, mereantur. 1. Fieri debent in statu gratiae, alioquin pro caelesti acquirenda gloria sunt inutilis; quamquam qui in peccati statu versantur, a bonis operibus cessare non debeant, ut Dei sibi misericordiam concilient. 2. Fieri debent haec mente placenti Deo, illum glorificandi, iustitiae illius satisfaciendi &c. 3. Referri debent Deo, qui in illis meliorem partem habet, quia non sua praevinit gratia, & nobiscum operatur.

In sola bonorum operum necessitate possumus immorari, & ostendere, i. illa necessaria esse ad salutem & ad promerendum caeli gloriam, quae illis tantum promissa sunt, ac tribuitur, qui eadem adimpleverint; 2. necessaria sunt ad proximam adificationem, bonumque exemplum, quod illi debemus; 3. necessaria sunt ad christianam charitatis officia, quae alioquin adimpleri non possunt, obeunda.

De bonorum operum utilitate. 1. Haec ratio est, quae Deum glorificamus; etenim bonis operibus eum laudamus, & confitemur, etique nosmet acceptos prebemus. 2. Proximum excitant ad similia opera peragenda, atque hoc pacto omnia veri fidelis munera complectenda. 3. Nobis meritum thesauros acquirunt, quibus caelorum beatitudinem redimamus.

De eadem bonorum operum utilitate. 1. Dei gratiam merentur, tenentur, & augent. 2. Spei nostrae fundamentum sunt. 3. Et mensura gloriae, quae perfruamur in caelo.

Cum Scriptura bona opera thesaurum appellet, ostendere possumus, quam pretiosus sit hic thesaurus, 1. propter bonorum operum multitudinem, quia omnes bonae actiones hanc thesaurum augere possunt, omniaque in lucro possumus collocare, si nobis cura fuerit, ut nihil in irritum abeat: 2. propter horum bonorum operum varietatem, ac diversitatem, modo enim opus fit misericordiae, modo actus mortificatio-

nis, & humilitatis exercetur &c. 3. propter singulorum pretium, nullum enim caeli regnum, Deique ipsius possessionem pro mercede non meretur.

1. Bona opera vera sunt nostrae virtutis, nostraeque sanctitatis, donec vivimus, argumenta: 2. dum morimur autem nostra sunt consolatio: 3. ac in altera tandem vita corona, gloria, & felicitas nostra.

1. Ostendi potest, ad hoc ut vere Christiani simus, bona opera esse exercenda; nemini eorum exercendorum desit locum, facultatem, occasiones, omnia status, conditionis, munerisque sui officia obeunda. 2. Quenam sint boni operis conditiones, ad hoc ut sanctum, & christianum fiat; fieri videlicet debet propter Deum, ac finem supernaturalem; fieri debet in Deo, hoc est in Dei gratia, alioquin nullus est meriti pro caelesti gloria; fieri debet cum Deo, hoc est cum Dei gratia, cui potior operis pars accepta est referenda.

1. Bonitas operum, actionumque nostrarum a plurimi pendit circumstantiis, & conditionibus, quarum si qua desit, ad eorum promerendum inutiles sunt. 2. Plurimi sunt obnoxia defectibus, qui meritum eorum vel tollunt, vel imminuunt. 3. Multa in hac vita pericula subeunt, pluribusque illusionibus patet.

1. Nemo Christianus est, qui diutius iustus esse possit, virtutem colere, & Dei gratiam tueri, quin bona opera exerceat; etenim haec si desuerint, quamprimum loco movebitur. 2. Nemo adeo nequam peccator est, qui ad Deum nequeat reverti, ac bonis operibus illius misericordiam promereri.

1. In hoc mundo sumus, ut bona opera efficiamus; ideo enim sumus, ut Deo serviamus, & nostram salutem operemur. 2. Nobiscum in altera vita tantum alteremus opera; cetera vero relinquimus. 3. In caelo ea tantum bona merita, & praemia assequemur, quae bonis operibus in terra adepti fuerimus.

1. Fides, & christiana religio, quae nos cogit, ut vitam ducamus sanctam, fuisse praecipit conformem, praecipit consequenter, ut bona opera exerceamus. 2. Non nisi per bona opera perventum ad finem, & eternamque felicitatem, quam fides, & religio nobis pollicentur.

1. Cum vita data sit ad agendum, ex bonis operibus iudicium ferre possumus, utrum vitam gratiae habeamus: cum alia qualibet indicia ambigua sint, & illusioni obnoxia. 2. Per bonorum operum merita nonnulli dignos praebemus vitam gloriae, ea si desint, hanc nunquam consecuturi.

De bonorum operum, & fidei conjunctione. 1. Opera bona certissima sunt fidei notae argumenta. 2. Fidem servant, ac fovent. 3. Fidem honorant, etique gloriam conciliant.

1. Nulla vera fides est sine bonis operibus. 1. Nulla opera bona sunt, quae caelum merentur sine fide; ideoque in christiana tantum, catholicaque religione vera bona opera sunt.

1. Sine fide optima quaevis actio inutiles sunt. 2. Sine gratia sanctificante pulcherrime peccatorum actiones mortuae sunt. 3. Sine bona intentione heroicorum iustorum actiones nihil pro aeternitate merentur.

1. Error est arbitrari ad salutem acquirendam sufficere a gravioribus abstinere criminibus, quin bona opera exerceantur. 2. Alter error est putare, magnas tantum actiones inter opera bona recensendas esse; quoniam ex omnibus vite nostrae actionibus totidem opera bona facere possumus.

1. Omnia omissionis peccata respiciunt opera bona, quae negliguntur. 2. Id genus peccata cum magis communia sint, magis facilia, quae committantur, & in quibus nosmet minus corrigimus, hinc sequitur pleoroseque fideles ideo damnari, quia opera bona non faciunt.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fentes, Antioresque, unde hauriri copia potest ad propositum Concionum structurae exornandas.

Sanctus Augustinus Praefat. in Ps. 31. docet, sine fide bona opera nihil pro caelesti gloria valere.

Idem in Pl. 83. ostendit, nullum bonum opus extra ecclesiam esse aeternae gloriae meritum.

Idem l. 50. Hamil. Hamil. 16. docet, omnia opera bona in hac vita faciendae esse.

Idem l. de bono viduit. fustus ostendit quenam sint opera bona, quibus vacare debent fideles.

S. Hieronymus l. 2. in Thren. 3. docet, opera bona cum oratione esse coniungenda.

Idem Epist. ad Celanrium. ubi de ratione sancte vivendi loquitur, ostendit obligationem, quae bona opera operari, bonumque exemplum, quod per illa proximo prebere tenemur.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

S. Chrysostomus Orat. advers. Judaeos ostendit, quam acceptum Deo sit vel minimum opus bonum Magdalenae exemplo unguenti phialam super Salvatoris pedes effundentis.

Idem cap. 20. in 8. Matth. docet ob unius tantum virtutis omissionem homines reprobari.

Idem in cap. 1. Matth. ostendit nullum opus nostrum bonum a Deo ignorari, singulisque eorum amplam ab eodem mercedem destinari.

S. Gregorius l. 22. Moral. ostendit fructum, quem facimus erga proximum, huic bonorum efficiendorum praebentes exemplum.

Idem Hamil. 17. in Evang. docet, opera nostra bona examinanda esse, quemadmodum Lydio lapide probantur nummi, utrum sequioris nota sint, vel appenduntur &c.

Idem l. 1. in Job 19. docet, quot modis demon bonis operibus nostris insidias fruat, etque corrumpere adiutur.

Idem in hac verba Job cap. 9. Verbera omnia opera mea, sciens, quod non partem delinquenti, S. Job exemplum probat, nobis semper de optime factis etiam didicendum.

Idem l. 7. epist. 127. docet, opera nostra bona postquam facta fuerint, sepius a demonibus corrumpi.

Idem l. 3. in Job 10. ostendit nobis non audendum solum, ut bona opera faciamus, sed cogitandum etiam, qua mente, & fervore eadem agrediamur.

Idem l. 1. in Job 19. docet nobis metuedum, ne nimis pauca opera bona operemur, & ne satis perfecte eadem faciamus.

Drexellius in Amuffi, fer recta intentione l. 2. c. 10. Nicolaus Lancinius. Opuscul. 3. cap. 3. & 9.

Idem Opuscul. 5. cap. 3. Opuscul. 10. cap. 8. Opuscul. 11. cap. 3. & 17.

Dandinus in Eschil. l. 2. c. 1.

Hortus Pastorum Tract. 1. lect. 5. ubi agitur de meritis bonorum operum.

Granatenfis in duce peccatorum cap. 4. ubi ostendit nobis superbiendi locum non esse ob opera nostra bona.

Pem libro, qui inscribitur: Schola J. su Christi integrum edidit tractatum de bonis operibus.

Arias in tractatu de imitatione Jesu Christi c. 19. docet, quam accepta sint Deo bona iusti hominis opera.

Pater Suffren tom. 1. anni Christiani cap. 1. rationem tradit bene efficiendi actiones omnes, ideoque totidem bona opera explendi.

P. Chahu libro, qui inscribitur: Scientia Sanctorum cap. 3. art. 16. fustus verba facit de bonorum operum merito.

Cambolas, libro, cui titulus, Vita Christiana exemplar cap. 4. ubi loquitur de efficacia fidei §. 1. & alibi de fide, & bonis operibus.

P. Neveu in Christianis considerationibus tomo 4. loquitur defectibus, qui in bona opera obrepunt.

P. Antonius de S. Martino a Porta ex Carmelitarum familia, libro, cui titulus, Les Conduites de la Grace, parte ultima, docet quamquam sint operis boni conditiones, ut placeat Deo.

Mathias Faber Conc. 3. in Domin. 7. post Pentec. & Conc. 5. in Domin. 11. post Pentec. & Conc. 1. in Domin. Sepuagesim.

De la Volpilliere Sermonem edidit hujus argumenti. Auctor Sermonum christianorum pro sexta post Pentecosten Dominica Sermonem habet de conditionibus necessariis, ut bona opera fiant.

P. Champigny in Sermonibus electis unum habet hujus argumenti.

Auctor Sermonum in omnia Ethicae christianae argumenta in Dominicali tomo 3. sermo pro quinta post Pentecosten Dominica totus est hujus argumenti.

Idem Sermonem pro undecima post Pentecosten Dominica ostendit unionem fidei, & bonorum operum, & naturalem nexum, quem habent.

Specimina Sermonum pro Quadragesima, Sermonem pro sexta hebdomadae secunda, ubi sermo est de necessitate, & conditionibus operum bonorum.

Eadem pro Adventu, in tertio argumento, parte secunda sermonis primi probatur, fidem operari debere, ac bona opera facere.

Eadem pro Dominicali, Sermonem pro tertia post Epiphasian Dominica, parte secunda, Sermo est de bonis operibus, ad quae nos fides impellit.

Ibidem, in Sermonem pro septima post Pentecosten Dominica, ostendit, bona opera esse necessaria, ut veri Christiani simus, eos vero, qui non exercent illa, nomine tantum Christianos esse.

Auctor Sermonum christianorum, Sermonem pro 6. post Epiphasian Dominica loquitur de conditionibus ad bona opera perficienda necessariis.

Aegecti, alique.

Conciatores recent.

Sancti Patres.

Idem pro 23. Dominica post Pentecosten, de fidei qualitatibus differens, docet, opera bona eisdem testimonium perhibere.

Baufus, in Viridario, titulo opera bona.

Peraldus, ubi agit de beatitudinibus.

Summa praedicatorum, titulo operatio.

Lohner, titulo opus bonum.

Qui collectanea hujus argumenti colligitur.

PARAGRAPHUS III.

Loca, Exempla, & Applicationes Scripturarum huic Argumento.

Nemo si bene egerit, recipiat: sin autem male, statim in foribus peccatorum aderit? Gen. 4.

Erit (iustus) eanguam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, Psalm. 1.

Retribuet tibi Dominus secundum iustitiam meam. Psalm. 17.

Unusquisque repletur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. Prov. 12.

Seminanti iustitiam metens fidelis. Prov. 11.

Inutile, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Sap. 3.

Bonorum laborum gloriosus est fructus. Ibidem.

Reddit Deus iustus mercedem laborum suorum. Sap. 10.

Bona facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum. Jerem. 7.

Opus iusti ad vitam. Prov. 10.

Reddam unicuique secundum opus suum. Prov. 24.

Unusquisque mercedem accipiet secundum meritum operum suorum. Eccl. 16.

Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te; utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Mich. 6.

Quodcumque facere potest manus tua; insister operari: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Eccl. 9.

Sic lucens lux vestra coram hominibus, ut videatis opera vestra bona. Matth. 5.

Voca operarios, & redde illis mercedem. Ibid. 20.

Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Matth. 5.

Qui facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestetur opera eius, quoniam in Deo sunt facta. Joann. 3.

Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3.

Omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Matth. 7. & Luc. 6.

Per totam noctem laborantes, nihil cepimus. Luc. 5.

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Joann. 6.

Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. Joann. 9.

Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebra comprehendant. Joann. 12.

Posui vos in eo caute, & fructum afferatis, & fructus vestri maneat. Joann. 15.

Reddet (Deus) unicuique secundum opera eius. Ad Rom. 2.

Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum. Ibidem.

Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. I. Corinth. 3.

Evadet, estote abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Ibidem, cap. 15.

Thesaurizate vobis thesauros in caelo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiant. Matth. 6.

Ut reseat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum. 2. ad Cor. 5.

Non ego, sed gratia Dei mecum. 1. Ad Cor. 13.

Providentes bona, non tantum coram Deo; sed etiam coram omnibus hominibus. Ad Rom. 12.

Dignus est operarius mercede sua. Luc. 10.

Si filii Abrahae estis, opera Abrahae facite. Joann. 8.

Opera, quae ego facio, hac testimonium perhibent de me. Joann. 10.

Omnem palmitem in me non forentem fructum, tolle eum, & omnem, qui fere fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Joann. 15.

Bonum autem facientes non desiciamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ad Galat. 6.

Dum tempus habemus, operemur bonum. Ibidem.

Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes. Ad Coloss. cap. 1.

Nolite communicare operibus infructuosis senobarum. Ad Ephes. 5.



Ut curent bonis operibus passivi qui credunt Deo. Ad Titum 3.

In omnibus vestrum prae exemplum bonorum operum. Ad Titum 2.

In reliquo reposita est mihi corona iustitia, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. 2. ad Timotheum 4. Non enim insulsum Deum, ut oblitiscatur operis vestri. Ad Hebr. 6.

Satagite, ut per bona opera certum vestram vocacionem, & electionem faciat. 2. Petri 1.

Quid praeferat, fratres mei, si fides quae dicitur se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvari eum? Jacobi 2.

Fidelis quomodo ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Ibidem.

Qui persequerit in legem, non audiet oblivionis salutem, sed factus operis, hic beatus in factis suis erit. Jacobi 1. Vides quantum fides ex operibus consummatur est. Ibidem, c. 2.

Beati marci, qui in Domino moriuntur, opera autem illorum sequuntur illis. Apoc. 14.

Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Ibidem, c. 22.

In vacuum laboravit, sine causa, & vane fortitudinem meam consumpsi. Isaia 49.

Exempla ex Veteri Testamento de promissa.

Primum exemplum hominis, quem Scriptura iustum appellat, & cuius opera, & actiones Deo acceptae fuerunt, est Patriarcha Noe. Hic iustus vocatur Gen. 6. Noe vir iustus in generationibus suis cum Deo ambulavit: cui Ecclesiasticus c. 44. Perfecti laudem adiecit: Perfectus, & iustus. Et sane quoniam illius sanctitas fuerit, inde concipiet potest, quod fsum servavit innocentiam in magno illo vitorum diluvio, quod horribilius erat eo, quod ad illud puniendum misit Deus; eum autem addit Scriptura, illum cum Deo ambulasse, significat, opera illius divina maiestati accepta fuisse; ideoque factum fuisse reconciliatorem mundi, & coegisse Deum, ut in ipso iracundiae furore misericordia remitteretur. Etenim, quemadmodum omnes notant interpretes, tunc ille fuit terre totius praedicator, atque operibus suis fecit, quod deinde Jonas verbis in Ninive praestitit, arce iudicis monens, mundum quamprimum esse delendum.

Abrahae haec in re exemplum adeo celebre est, ut S. Jacobus Apostolus cap. 2. inde eliciat, argumentum ad ostendendum, quod sola fide operibus fides coram Deo non iustus nequaquam facit. Ita loquitur, Vis scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus, mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustus fuit, ostensit Isaac filium suum super altare? Vides, quoniam fides cooperabatur operibus; illius: & ex operibus fides consummata est; & suppleta est Scriptura dicens: Creditit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et sane huius Patriarchae opera explicito memorantur in Scriptura; nam praeter illud, quo tandem summum meruit amicitiae gradum apud Deum, cum unigenitum Isaac fuit immolaturus, palam eius emicuit obedientia, cum Dei iussi patrium solum reliquit, hospitalitas, quam cum advenis exercuit, charitas erga omnes, optimus divitiarum usus, sollicitudo pro servanda cum Loth nepote suo tranquillitate, cura, quam testatus est, ad obtinendam Sodomae civibus veniam, aliquae admirabiles illius virtutes, propter quas S. Ambrosius asserere non dubitavit, illum omnes superasse ideam, quae de summis viris Ethnici philosophi conceperant.

Job Sanctus vocatur quodam prerogative specie propter opera bona, quae exercuit in omnibus vite suae diebus; etenim in summa rerum omnium affluentia sepe Deo sacrificia offerebat pro secretis criminibus, quae filii sui fortasse commisit. nullumque labi sinebat diem, quo eorum sanctificationem aliquo modo non quaereret; cumque illi contemptum esset, nulla re magis Dei benedictiones acquiri, quam miseratione erga pauperes, vix crederet, quod usque hae ejus virtus procefferit: Plorabam, ait ille, cum iis, qui dolore erant confecti, & anima mea miserebatur pauperum: non negavi pauperibus, quod volebant, & oculos viduae expectare non feci: non comedi butellam meam solus, & comedi pupillum ex ea: non despexi pereantem eo, quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem... ita ut egeorum patrem fuisse non dubitaverit affirmare. Misericordia tangebatur videns miserorum mala, eisque afferebat solatium, quod in malis suis nupsum poterat invenire. Tandem ait se clandi baculum, scipionemque fuisse, oculum, & ducem caeci; utque offenderet, quo usque charitas

ipsum perveniret, concludit se omnibus jus suum tribuisse. Haec sunt bona opera, quae ille exercebat, ac virtutes, quas in supremo gradu possidebat, quarum Deus ipse illi testimonium perhibuit, quasi gloriae sibi verteret, quod talem servum haberet; ac in terra oculis haberet intentos, ut unum illum confideret.

Tobias quoque egregium nobis prae bonorum operum cuiusmodi generis exemplum. Haec in Bibliis referuntur capite primo ejus libri, qui ex illius nomine appellatur, & qui non aliud esse videtur, quam elogium virtutum, & actionum viri huius. Ibi itaque legimus, illum a Salmanazar Regis Assyriorum in captivitatem abduatum non solum non recessisse a via veritatis, & a lege Dei; verum etiam fervorem illius percrebuisse, propterea quod concivium suorum calamitatis miserabatur; quippe in id maxime incumberebat, ut socios captivitatis suae consolaretur, eosque hortaretur, ne a Domini lege desisterent, in qua fuerat inauditum; ut illis opem ferret laboribus manuum suarum; ut mortuos sepeliret, omnesque tandem erga illos Deas, cumque misericordiae adus exercebat, factus eorum concionator, exemplum, atque solatium. Itaque Scriptura postquam factus patientiam, virtutes, ac bona ejus opera enarravit, reliquit quoque benedictiones, quibus operum suorum famulatus illius cumulavit Deas, cumque proponit tantquam exemplum fidelitatis, bonorumque operum, quae veri servi Dei facere debent. Propheta Isai, ut scriptum est secundo Paralipomenon c. 19. Isaphat regi, qui cum rege Achab foedus perculisset impio, inquit, sers suppetias, atque societatem inimicis tuis, qui oderant Dominum. Haec de causa gravissimas meritis poenas; sed inventa in te sunt opera bona, eo quod succidisti lucos. ubi in iuda illis thura adolebatur, atque apposuisti cor tuum, ut quaereris Dominum. Hinc didicimus, Deum propter opera nostra bona tui nobiscum misericordia, si unquam ledimus illum, nobisque respiciendi, & ad frugem redeundi tempus concedere.

Eodem Paralipomenon libro cap. 3. legimus, regem Ezechiam multa operatum fuisse opera bona, cultum in domo Dei secundum caeremonias in legem praescriptas reformasse, non aliud quaerentem, quam placere Deo, & toto cordis affectu exequi omnia, quaecumque eidem accepta fore putabat. Haec res tantum illi peperit in Dei misericordia confidentiam, ut non dubitaverit illa in memoriam revocare Deo, cum gravi laboraret morbo, ex quo Propheta quidam Dei nomine illum praedixerat moriturum: *Dispone domus tua, quia morietur tu, & non vives.* Isaia 38. Ubi hoc regi nuntiatum fuit, non ideo animo exiit; sed ostendit esse Dominum, ut in gratiam eorum, quae pro illo facere fuerat admissus, ac propter bona opera sua, aliquot vitae annos adhuc concedere dignaretur, cuius voti eum damnavit Omnipotens.

Haec in re non aliud exemplum requiritur, quam filii Dei, qui bonorum operum exercendorum praecipuum edidit, & qui simul perfectissimum facti huius legis exemplar. Omnes illius actiones totidem sunt argumenta; i caput enim primum facere, & mox docere, ut facer textus ait, ita ut tota via illius non aliud extiterit, quam perennis exercitatio, & iuge omnium virtutum, omniumque operum bonorum exemplum; *Pertransiit beneficiando, & sanando omnes... bene omnia fecit.* Act. 10. Satis est igitur oculis in divinum hunc prototypum conjicere, non solum ut ad omnia bonorum operum genera excitemur, verum etiam ut didicamus, quae perfectione ea nobis faciendi sint. Quapropter cum Apostoli, omnesque Sancti quovis tempore sese ad hoc exemplum conformaverint, infinitum, & supervacuum esset, hic cetera asserre.

Facere tamen nequeo, quominus duo asseram exempla Evangelica, unde conlere possimus, quam accepta Deo sint opera bona. Alterum Magdalene est super facros Salvatoris pedes vas pretiosum unguenti plenum effundens, quod factam Dominus ipse bonum opus appellavit: *Quid molle est tibi mulieri? Oper enim bonum operatum est in me.* Math. 26. Et bonum hoc opus ita illi placuit, ut voluerit nunciari, ubi-cumque Evangelium suum praedicaretur, ejusque memoriam in omnia saecula praenari. Alterum exemplum nobis ostendit, illam non tam magnitudinem, vel utilitatem operis boni spectare, quam quod, bonaque operantis voluntatem, cum hic, quantum in ipso est, operatur. Hoc autem exemplum est pauperis viduae in templi geophysiis duos congiensit denarios, cum interim ditiores Ierosolymae civis aereos, argenteosque nummos largius conferrent; Dei quippe filius alta voce, digitoque mulierculam hanc, quam ne respicere quidem aliquis dignatus esset, ostendens, ait, illam

Tobias exemplum.

Exemplum Isaphat.

Deus satisfactionem habuit bonorum operum Ezechiae Regis, ac propterea vitam eius produxit.

Exemplum filii Dei.

Dei filius testatus est, quod accepta Deo sint opera bona.

Deus, qui meritum non nisi per bona opera invenitur.

plur quam ceteros contulisse; illud enim modicum, quod obtulerat, tota erat ejusdem substantia, cuius oblatione gratam Deo animus testabatur.

Totus artubus contremiscebamus in Evangelicis intuitu parabolis; virgines fatuas, ignavumque servum aeternis damnatos supplicis, non quod malum aliquod egerint, sed quod nihil boni fuerint operati. Virgines illa quidem resecte fuerunt eo quod oleum quod charitatem significat, in lampadibus non habuerunt; servus autem in exterioris profectus fuit tenebras, quae ex credito sibi talento nullum percepit lucrum. Hoc perloque fidelium perdit; putant illi, ut salventur, satis esse gravioribus abstineri peccatis, quin bona opera cumulare fatagant, quamvis haec de precepto sint, ac sub damnationis poena imperata.

In Actis Apostolorum cap. 9. legimus, cum sancta quaedam mulier, Apostolorum discipula, bonis operibus plena, ut facer loquitur Textus, humanis desessisset, oratum fuisse S. Petrum, ut rationem habere vellet lacrymarum egeorum, qui foemina mortem lugabant, ac celebrabant ea charitatis opera, quibus illa, dum viveret, ipsis opem artulerat, ostentans vestimenta, quae ab eadem pro elemosina acceptant. Haec res Apostolorum principem tetigit, qui Deo preces effudit, ut mulier in vitam revocaretur, bonorum operum suorum exercitacionem profectura. Nec in irritum abiire vota, sed non sine summa cum eorum, qui aderant, tam regionis totius pia mulier admiratione revixit.

Qui nulla bona opera faciunt, in terribili haec Evangelii parabola a S. Luca exhibentur. Quidam quidem habebat in vinea; ad quam cum pluries frustra accessisset fructum percepturus, arborem iussit succidi, ne inutiliter solum occuparet. *Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?* Luc. 13. Pergit Evangelium, & ait, olivore, cui vinea cura erat concreta, & deprecaturum fuisse, ut ficus haec in annum adhuc reservaretur; sodiam, inquit, illam, excolam, sinumque addam, ut, si fieri poterit, afferat fructus, quos nisi post haec tulerit, illam succides. Parabolam hanc ita Patres interpretantur: quilibet Christianus haec ficus est, arbor in Domini vinea, Ecclesia videlicet, consistit. Deus illam manu sua plantavit, eamque sanguine suo per sacramentorum rivulos fluente irrigavit; verum postquam adeo sancte fructum excoluit, nisi bonorum operum tulerim fructum, minuitur Deus ipse futurum, ut tantquam steriles arbore revellamur. *Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat?*

Applicationes quarundam Scripturae locorum hinc argumento.

Thesaurizate vobis thesauros in caelo. Matthaevi 6. Dei filius hominibus modum appeti acquirendi per eos, quae nullius momenti videntur, divitias, atque inestimabiles suae gloriae thesauros: *Thesaurizate vobis thesauros in caelo.* Verum quatuordecim verum thesauri sunt in caelo thesaurizandi? Rerum omnium, actionum magnarum, & modicarum, heroicarum, & exiguarum; haec omnia congerite, immo earum quoque analecta, & reliquias servate. Querit S. Gregorius, quid intelligendum per ea fragmenta, quae colligi Dominus jubet, & respondet, actiones esse inutiles, quae si vellemus, tales non essent; reliquias esse cogitationum nostrarum: *Reliquia cogitationis.* Psalmus 75. Sexcenta verba, sexcenta inutilia colloquia, quae gratia sanctificare possent, & inserere in canalum gloriae, quam expectamus; ita ut quemadmodum in thesaurum non inferuntur solum magis ponderis, aureique nummi, verum etiam levioris pretii; ita misericordiae divinae thesaurus, non ex sublimibus tantum, heroicisque virtutibus, verum etiam ex actionibus communibus, quibus ne animum quidem advertimus, esse debet compostus. Nobis res est cum Deo, cui inodicum satis est, & qui exiguum illud, quod offerimus, tanti facit, ut eidem nihil minus, quam inferamus mercadem pollicemur.

Deum exquisisti manibus meis, & non sum deceptor. Psal. 76. Ut Deum inveniamus manibus exquirendis est, ait Psalmista; & quicumque illam alio quolibet sensu exquirere satis patet, hae illi nisi nunquam inveniendi periculum timent. Deum salari non potest, quia corpus non habet, addeus manuum operum vult inveniri; hoc est, sola eo quod inferimus, tantum facit, ut eidem nihil minus, quam inferamus mercadem pollicemur.

Deum exquisisti manibus meis, notae coram eo, & non sum deceptor; & S. Augustinus ait, omnes haec circumstantias rite notandas esse: *Quid exquisisti? Deum. Quomodo exquisisti? manibus. Quando exquisisti? nocte. Ubi exquisisti? coram eo. Quo fructu exquisisti? & non sum deceptor.*

Omnes palmitem in menon ferentem fructum tollat eum. Qui bona non faciunt, saltem periculum est, non similes simus sterili farmentum, quod ex trunco divulsum arcescit, non nisi igni alendo utile? Confidimus, quod non omnibus sceleribus mancipati sumus; verum meminerimus inutilem servum non ideo fuisse damnatum, quod talentum amiserit, sed quod illud in quaestu non posuerit; & patremfamilias non succidisse vineam, eo quod non tulerit fructus, sed quod bonos fructus non tulerit. Speramus futurum, ut Deus adhuc aliquantulum expectet, & fortasse jam securis ad radicem arboris posita est. Matth. 3. & Luc. 3. Jam pridem te expectat Deus, te monet, sollicitat; sepe venit; & semper frustra, ad quaerendos ejus arboris fructus, quam tanta excolit cura: & ch diuturnam hanc sterilitatem indignatus intra paucos potasse dies in te eam latere esse sentiam, quam paterfamilias protulit in ficum; *Succide ergo illam; ut quid etiam terram occupat?* Luc. 13. Quamprimum haec arbor mala evellatur, & projiciatur in ignem. Cui bono diutius patiar occupari locum, qui arbor alia bonos fructus afferret?

si filii Abrahae estis, opera Abrahae facite. Joan. 8. Si estis filii Abrahae, dicebat Dominus Judaeis, facite opera Abrahae; quae nisi facitis, fidei pater, pater vester non est. Similiter cum S. Paulo vobis dico: si estis filii Dei, ostendite veras filiorum Dei notas. In cordibus vestris illius amorem gerite, spiritum ejus in cogitationibus vestris, ac in tota vite vestra ratione illius sanctitatem. Quemadmodum Damon pro filijs suis agnoscit illos, qui demonis operi faciunt, ita Deus pro suis eos tantum agnoscat, qui Deo dignas actiones operantur, & qui eas operando non desistant; cum Dei voluntas haec in re palam a Sancto Paulo aperitur: *ut ambulatis sicut Dei, in omni opere bono fructificantes.* Ad Coloss. 1. Deus, magus hic Apostolus inquit, vult vos seipso dignam vitam vivere, jagiter omnibus bonorum operum generibus vacantes.

Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, S. Paulus ait ad Roman. c. 10. Sed antequam vertite, Fratres, Dei filium exquirere potissimum, ut illum confiteamur operibus. Opera nostra testantur illum a nobis pro magistro haberi; ac probant, nos ex numero verorum discipulorum ejus esse velles; namque parum est dicere verum Deum a nobis colere, hoc probandum est, & alia quaelibet probatio praeter eam, qua operibus fit, aequivoda est, & incerta. Arbor, quae bona est, bonos fructus producit.

Fructibus eorum cognoscetis eos. Matthaevi 7. Omnes homines verbis quidem similes sunt, differunt autem actionibus, & affirmare possimus, veros christianos a reliquis ex operibus bonis dignosci: *Fructibus eorum cognoscetis eos.* Plurimi vocem quidem Jacob habent, manus vero Esau, hoc est plurim loquuntur, ut bonos fideles deceat, at Ethnicorum more operantur.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum huius Argumenti.

Hoc ipsum cum bene agimus, Deum per nos agere intelligimus. Augustin. de quant. anim. cap. 34. Ad peccandum homo abundat propria facultate; ad agendum autem bonum, sibi non sufficit, nisi ab illo iustificetur, cui solus est iustus. Idem, lib. de vera innoc. c. 121. Non sufficit abstinere a malo, nisi sine quod bonum prodest; & parum est nemini nocere, nisi studeas bonis prodesse. Idem, ibidem c. 86.

Bona opera qua aguntur ante fidem, quamvis videantur hominibus laudabilia, inania sunt, ita mihi videntur esse ut magna vires, & cursus calerimus praer viam. Idem, Praefat. in Psal. 31.

Ubi fides non erat, bonum opus non erat. Idem, ibid. Ut bona opera sequantur, procedit fides; nec nulla sunt bona opera, nisi qua sequantur praecedentem fidem. Idem, in Psal. 76.

Sunt opera qua videntur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non reformantur ad eam finem, ex quo sunt bona. Idem, tract. 25. in Joann.

Tunc recta sunt opera, cum in illum finem diriguntur, qui est Christus. Idem, in Psal. 89.

Non solum malum fecisse, sed etiam bonum non esse damnabile est. Idem, lib. 40. Homil. Homil. 16.

Factus est thesaurus tuus meritorium tuum. Idem, in Psal. 31. conc. 1.

Quomodo Deus impalpabilis quaeritur, nisi operibus etiam in nocte peccati factis? Idem, Epistola 121.

Omne opus leve fieri solet, cum ejus premium cogitatur.

Exemplum Noe.

Abrahae exemplum.

Exemplum S. Jobi.

Bonis operibus non nisi per bona opera deceptor.

Per opera potissimum salutem, Christi confiteamur.

Ex actibus bonisque operibus veri fideles agnoscuntur.



atur, & spes pramii solatium fit laboris. Hieronymus in Epist.

Qui Christum profectur se amare, non modo ex his que dicitur, sed ex his que faciunt, cogitur; ex fructibus enim arbor dignoscitur. Sanctus Ignatius Martyr, Epist. ad Ephes.

Non sibi aliquis credat, quidquid sibi animus suus operis attentione respondet. Gregor. Hom. 3. in Evang. Numquam Dei amor est utilitas, operatur enim magis, si est, si vero operari venis, amor non est. Gregor. ibidem.

Fides sine operibus mortua est, quemadmodum opera sine fide. Gregor. Nazianzenus, Orat. in Lazar.

Quisquis diligit se alium asserit, & in verbis sibi, verba eius quodammodo mortuis sunt. Greg. Nyssen. lib. de opific. mundi.

Libera opera linguam suam, habent facundiam suam etiam vacante lingua: facta namque predictis amantem probant. S. Cyrill. Apoph. 14. lib. 1.

Non transiunt opera nostra, sed velut aternitatis semina faciuntur. Bernard. Sermon. 15.

Quid fides, que non operatur, nisi cadaver exanimis? Idem, Sermon. 24. in Cant.

Argumenta fidei, opera. Idem, Sermon. de Resurrectione. Verba Christiani opera sunt. Chrysol.

Dilectio vacare non potest; da mihi amorem vacantem, & nihil operantem. August. Sermon. in Psalm. 39.

Ille bene operatur, qui jam operatur, non ut ipse Deus placeat, sed quia placeat ei Deus, vel quia placeat Deus quod operatur. Bern. in Sent.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia fontibus hoc in argumento valeat hauriri.

PER hoc bonorum operum, de quibus hic agimus, nomen sanctas, bonasque actiones intelligimus, que vitam aeternam merentur. Notionem hanc omnes tradunt Doctores Bibliis innixi, ubi Deus celum, beatamque aternitatem pollicetur in bonorum operum premium, que hac in vita juxta fuerit operati. Actio bona vox est magis generica, & cujus sensus latus patet, quam bonum opus; quamvis quicumque hoc pertractant argumentum, vulgo promissae utroque nomine utantur: sed si proprie loquamur, opus bonum est actus alicujus virtutis, que sese extrinsecus prodit, veluti elemosyna, & presidium proximo prestatum. Vocatur autem bonum, sanctum, christianum, & supernaturale ad distinctionem illius, quod simpliciter morale est, & rationi-conforme, qualia sunt opera, que Ethnici complures fecerunt, & facere possunt, & que Christiani multi quotidie faciunt, cum ob honestam duntaxat finem operantur, quia opus referant ad Deum. Addimus, quod vitam aeternam meretur, dummodo eas omnes habeat circumstantias, que ad id requiruntur, de quibus deinceps dicendum.

In christiana vita generatim duplex est bonorum operum genus: alia quidem necessitate sunt, que quicumque ad aeternam aspirant beatitudinem, exercere tenentur: alia vero supererogationis, cujus generis sunt consilia Evangelica, que Deus quidem absolute non exigit, sed que peculiarem coronam gloriam acquirunt exercentibus illa. Præterea Scriptura omnes bonorum operum species ad tres hæc referre videtur, que totum continent bonum, quod efficere potest fidelis ad celum promerendum, videlicet orationem, jejunium, & elemosynam. Orationis nomine ea intelligimus omnia, que divinum cultum respiciunt: nomine jejunii ea, que nostram peculiarem perfectionem, assuetum victoriam, mortificationes, & praxin penitentiae, elemosyne tandem verbo ea, que ad proximum referuntur, puta omnia misericordiae, & charitatis opera, que late patent, pluresque peculiarias virtutes amplectuntur. Nos hic de bonis operibus generatim loquimur, ubi jam admonimus, quin de singulis peculiariter sermonem instituiamus.

Cum opera bona non absque necessariis conditionibus perfecta premium mereantur coram Deo, qui illud amplum, & assensum pollicetur est, hac in re ea, que a Theologia docentur, hæc ferme sunt. 1. Duplex est fidei meritum genus, alterum de condigno, quod cum ex parte operantis, qui in statu gratie invenitur, tum ex parte operis, quod supernaturale est, talem habet cum mercede rationem, ut hæc quodammodo jure debeatur illi, saltem si hæc Dominus sponderit. Alterum est de congruo, cui cum hæc promissio, vel proportio defuit, Deus ex mera liberalitate mercedem concedit. 2. Meritum omne, quod acquirere possimus, ad vitam hujus spatium coarctari; post mortem enim non pos-

sumus amplius in virtutibus crescere, neque ullum perfectionis gradum acquirere; atque in omnem aternitatem ea tantum habebimus merita, que in hoc mundo, donec viatores sumus, thesaurizamus. 3. Meritum, de quo loquimur, ad hæc bona, ac liberis actionibus: actionibus inquam, neque enim meretur per nobilissimum, præclarissimumque virtutum habitus, nisi eorum alius aliquis producat. Adjecimus actionibus libris: quia hæc, ac vicuperium libertati debentur, quam Philosophi, atque Theologi tamquam boni, malique, ideoque meriti, ac demeriti principium, & fundamentum respiciunt. 4. Bona tantum opera mereri premium in celo: pro bonis operibus, vel actionibus eas intelligi, que sunt ad habentibus fidem cum gratia, & propter supernaturale principium; nam ob istum harum conditionum defectum virtutes vel antiquorum Philosophorum, vel infidelium, vel etiam Christianorum nullius meriti, prætiq; sunt pro cæli gloria acquirenda.

His omnibus positis fide est, justos omnes apud Deum aeternum mereri premium omnibus bonis actionibus, bonisque vite sine operibus. Hoc Sacros. Trident. Synodus contra nuperos hæreticos statuit sess. 6. cap. 16. Canone 3a. Ratio mutata est ex Scriptura aperitifimis verbis, idque pleribus in locis, potissimum apud S. Matth. cap. 16. ubi dicitur De filius extremo judicii die cuique secundum opera singularum reddetur: Venite benedicti Patris mei &c. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare &c. Matth. 16. Controversie hujus rei afferant argumenta, que istic affert opera pretium non est.

Quoad actiones, quibus celum mereri possumus per meritum de condigno, idem Theologi vulgo docent, non per opera solum supererogationis, atque consilii, quod nonnulli crederent, verum etiam per eas, que nobis imperatæ sunt, quæque facere tenemur sub damnationis pena, magnificam hæc mercedem obtineri. Ipsa etiam Tridentina Synodus declaravit sess. 6. ac Dei filius verbis suis docuit dicens: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Matth. 19.

Ad perfectam hujus argumenti cognitionem sciendum quoque est, non per solos exercitios, imperatove a charitate actus posse nos beatam promereri aternitatem, verum etiam per omnes, & singulos aliorum virtutum actus, quos juxta ob finem supernaturalem exercent. Eadem Synodus postremo capite sessionis sextæ declaravit, mortales justificatos divina legi satisficere, æternamque vitam mereri per bona opera facta in gratia, ac in statu justitiæ, necnon cum divina gratia auxilio, que in omnibus bonis actionibus requiritur; ideoque quemadmodum non per solos charitatis, & aliarumque theologiarum virtutum actus divine legi satisficere, ita secundum Concilii mentem, non solis actionibus exercitiis, vel per charitatem imperitatis, verum etiam illis omnibus, que in statu justitiæ, & cum actuali gratia Dei subsidio sunt, æterna premia mereantur.

Notandum est quoque, non per solos actus tanto cum fervore, atque vehementer elicitos, quantum producere possunt gratia, & charitas, que sunt ejusdem principia, justos per meritum de condigno aeternam mercedem promereri, quod non patet, sique eruditissimi viri affirmant, verum etiam per eos, qui præclaris hæc habitibus infirmiores sunt; & generatim omnibus bonis operibus, que juxta faciunt, five magna illa sint, five mediocria, meritum, de condigno, de quo locutus sum, ad hæc. Si enim propter quodvis mortalis noxæ genus reprobis in inferno exercituri merentur: cur juxta quoque pro omnibus, & singulis operibus bonis, que faciunt, æternis in celo premiis donari non mereantur?

Supponendum denique est tamquam constans in christiana morali axioma, non satis esse Deo bona iustorum opera remunerari juxta eorum meritum de condigno: verum illis semper magnam facere accessionem, ac meræ liberalitatis favores adicere, quasi cumularum omne illud meritum, quod in illis esse possit de condigno. Hoc autem innotuit Domini verbis dicentis: Mensuram bonam, & contrariam, & cogitantem dabit in sinum vestrum. Luc. 10. Mensuram videlicet nobis datum iri confertum non solum secundum meritum de condigno, verum etiam illam coacerantem, cogitantemque iri, ut nihil sit, quod abunde non repletur. Hinc docemur, Deum nobis majora largiuram, quam bona merentur opera, neque ea nobis expectanda esse premia, que solum meritis nostris ex æquo respondeant.

Omnis actus humani apud Theologos variis appellatur nominibus, pro variis affectionibus voluntatis, vel diversis gratiæ, & peccati statibus, ubi actus inven-

De fide est opera nostra bona meriti premium meretur.

Celum mereri possumus cum operibus bonis, que sunt de precepto, tum illa que merentur sunt supererogationis.

Ad bonum opus faciendum actuali opus est Dei gratia, que non sine peccatis, atque excetis.

Quæ conditiones securum habere debent opus bonum.

Deus opera bona præter meritum nobis remuneratur.

siuntur, qui eos operantur. Prima dicuntur opera mortifera, etenim mortem inferunt animæ, & hæc sunt peccata mortalia. Secunda vocantur opera mortua, eaque sunt opera bona, bonasque actiones, elemosyna, jejunium, aliaque virtutes, que, qui actu in peccato mortali versatur, exercet; que cum per gratiam animata non sint, que est vite eorum principium, nihil profunt ad aternitatem. Tertia dicuntur opera mortificata, eaque sunt, que in gratia vitam perfecta, ac deinde per mortale aliquod crimen, quod ad tempus illis ademit jus, quod habebant ad gloriam, mortua facta, nihilominus reviviscunt, ac jus recipiunt solum per spirituum peccatorum resurrectionem. Quarta dicuntur vivificantia, quia reddunt animæ vitam gratiæ, quam amiserat, cujus generis sunt perfecta contritio, vel attritio cum Sacramento. Postrema denique viva dicuntur, & illa sunt, que cum sint vite plena, quia operantur illa est in gratia statu, hunc Deo charum, ac illius hereditate dignum efficiunt. Ex omnibus autem actionibus, que vive ille sint, seu vivificantes, ne una quidem est, que boni operis nomen ferat, æternamque felicitatem mereri valeat, nisi gratiæ spiritu animetur, qui si defuit, quomocumque bonam actionem opereris, nihil ad vitam æternam proficit.

Quamvis S. Augustinus in questione contra Julianum Pelagii discipulum lib. 4. capit. 3. Apostoli verba proferat: Quod non est ex fide, peccatum est, probatur neminem per se efficere posse aliquem verum virtutis actum, nisi vivat ex fide, sine qua, quemadmodum Apollolus inquit, Deo placere impossibile est; inde nequaquam inferendum est, quod nonnulli fecerunt auctores, sanctum hunc Doctorem tamquam peccata respexisset morales infidelium virtutes; sed, ut mentem illius explicemus cum omni temperamento, quod a Theologis adhibetur, significat, non virtutes morales, quas ob honestum finem Ethnici exercuerunt, vera fuisse peccata: sed cum illis nequaquam assulgeret lumen fidei, que una nobis supernaturalem devotum finem, sæpe præclarissimum coram facta inanes fuisse virtutes, & vera peccata, quia ob vanitatem, vel pravum aliquem finem operantur illa: quamobrem alicubi essent infans virtutes appellat.

Deus unus orditur salutis, bonorumque operum nostrorum catenam; atque in hoc principio nullam nobis bifinet vendicare possumus partem. Hoc est lumen, & motus gratiæ, per quem Deus nobis suam aperit voluntatem, & ad bonum opus operandum excitat. Opus est, ut nos benedictionibus delectandis sine, ut Propheta inquit, preveniat; alioquin quidquid conatur, inutile est. Ipse etiam catenam hanc prosequitur; sed assentientibus nobis; vult nos in partem accedere operis boni per bonum nostre quidem libertatis, gratiæ vero suæ usum; quæ illa duo simul sunt, que bonorum operum pretium constituunt, & gratiæ incrementum, ut nova in dies operemus, merentur.

Ut actio bona sit, atque meritoria, duas habere debet qualitates: quarum altera est, quod per se bona sit, neque divina legi contraria; altera quod ad finem, qui decet, referatur, & finis hic secundum ordinem nature lege statutum, non alius est, quam Deus. Bonitas actionis in se corpus actionis dicitur; ratio vero, quam habet ad Deum tamquam ad finem, anima actionis vocatur. Itaque omnis actio, que in se bona est, sed que ad proprium finem non referatur, corpus cumque bona sunt, nisi fiant propter Deum; si enim propter alium quemcumque finem sunt, quantumvis illud quærentibus bona videantur, possunt naturam virtutis, que gloria merentur.

Quæritur Theologi, utrum necessum sit singulas actiones ad Deum referre formali, ac præficio charitatis actu ad hoc, ut mereamur aeternum premium, quod pollicetur est Deus scientibus illas. Doctores quidam affirmant, & quamvis hoc videatur nimium ex humanagratia pretio, deinde Deo ipsius possessione, putant nihil minus exquiri ab homine posse ad aeternam anhelantem felicitatem. Alii tamen dum erudito Suarez lib. 2. de Grat. cap. 9. & 10. tenent probabilius, omnium in gratia factum virtutum actus, ac moralium infusum, & æquo jure aeternam gloriam mereri, quoniam sese fecit ac gloria, cum enim supernaturalia sint non cumque aliquos sint cum gratia conjuncta, fini huic sanctificantem gratiam vel fieri mavis, dicamus solum sanctificantem gratiam sufficere posse, illis hæc dignitatem, ac potestatem conferendo, quin ad Deum debeant referri.

In hoc mundo passim mala tantummodo multiplicamus. Magna sunt officia nostra ultra quam arbitramur; atque tanta disparitas inter ea, que facimus, & que nobis essent facienda, ut non desint perpetue credendi causa futurum, ut opera nostra levia reperantur in judicio illius, qui æquissima lance illa est appannurus.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asieris, recentibusque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Arbor eadem non quolibet anni tempore fructus fert; sed quolibet tempore fidelis tenerat virtutum actus ferre, & bona opera facere. Deus hoc vult, ut esurit ille, nostrasque cupit actiones, ad nos accedit per gratias, quas ad bene operandum largitur; & nisi, quomocumque tempore accesserit, in nobis bonos invenit fructus, sterilitas nostra noxia est, quia in nostra voluntate posita est fecunditas. Ea vero infelicitas nostra est, quod similes sumus ficulneæ, de qua loquitur Evangelium, secus latam mundi viam consistit, quin nolumet in arbo continue tramite, ubi Deus suavissimum guttur suæ imbre effudit. Hinc fit, quod terrestribus tantum aquis irrigati, ac nunquam collecti rore adpersi fertiles quidem sumus in omni vitiorum, & imperfectiorum genere; in bonis vero operibus steriles. Eheu! metuamus Domini maledictum. Ille maledixit ficulneæ, que hæc fane delectat, nondum enim fructuum tempus advenerat, sed ut hominibus opera bona facere negligentibus terrorem incuteret; si enim fructus expatit ex arbore extemporeanos, ac si illi succum nutritioni auferebat perpetue addidit ariditati; quid tandem severitatis nobiscum exerceret, si messis tempore steriles esse repererit? Nonne metuendum nobis est, ne nos maledicti subjiciat, æternique ignibus damnet? Ester Novus in recessu preparationis ad mortem, meditatione prima pro deo curat.

Eheu! Mortales, qui suis tantopere querunt utilitates, quarum male norant, quid vere ibi profit, & secreta locupletandi libidine accenti quam male divitiarum congerendarum artem didicerunt! Tandem enim si sanctificantem gratiam servaverit, si propter bonum finem agerent, iam tamen illi quidem pro aternitate opus cumularent. Totum via eorum studium perpetuum esset benedictionum semen, quarum messis aliquando in infinitum exeresceret; atque ex tot momentis annuum componerentur ne unum quidem esset, quod recentem non germinaret coram tuo celo ea præstiforem, que in regum fronte renidet. De la Vespillette, sermo de bonis operibus.

Thesauri omnes, quos in terra cumulas, pro aliis potius, quam pro te congregantur, & quidquid supersectilium, agrorum, & hereditatum auferes tecum, in linteum erit; reliqua ad heredes migrabunt, qui in mundum veluti in prædam, illic fortasse non contentibus omnia libris absumetur, & ad alienos transibunt: Relinque omnia divitias tuas. Hoc ipsum corpori accidit tibi; illud non fecit atque divitias reliques: pro vermicibus, & putredine saginaris; cumque coram Deo prodeundum erit tibi, tecum bona duntaxat auferes opera, quibus immortali gloria thesaurum tibi comparabis, ad quem fures accedere non poterunt, neque tineæ corrumpere. P. Novus in meditationibus.

Bonum opus, ac minimus virtutis actus aliquid majus est, & gloriosius, quam omnes simul celeberrimorum Ducum expeditiones, quam antillimæ quilibet negotiationes, quam imperii acquisitiones, vel regnum. Hoc nos docet fides, & ratio confirmat, quia hæc omnia nihil sunt aliud, quam gloria creaturæ; cum bona opera, & virtutum actus Creatoris gloriam procurent & unde inferendum est hæc inter nullam instituit esse comparationem. Veritas hæc, si bene concipiatur, quantum ardoris inspirat pro actionibus omnibus, que aliquid ad Dei gloriam possunt conferre! quantum fervoris in omnibus peccatis exercitacionibus! quantum contemptus pro his omnibus, que Deus non sunt, neque ad gloriam Dei referuntur! P. Novus sermo 3. Christianorum consolatorum.

Ullans res ad bonum, quod pro virili possumus, operandum excitare nos debet, quam cogitare, non unum quidem esse momentum, quod nequeat aternitatem mereri, nullum esse opus bonum, quod gradu peculiari æternæ gloriæ Deus non remuneretur? Ullans res magis ad bona opera non remuneretur? Ullans nos cum fervore eliciendos debet excitare, quam cogitare nostram in celo beatitudinem eo majorem futuram, quo majori sollicitudine, & cura muneribus nostris perluncti fuerimus? Eheu! in tanto ardore per-

Metuendum ne opera cum officiis nostris collata nimis levia inveniantur.

Christianus opera bona facere tenetur.

Homines negligunt thesauris in celo bona opera faciendi.

Nobilissimum via alteram bona tantum opera adferunt.

Bona opera premium, & merita.

Bonorum operum premium nos ad illa excitare debet.







cinus mala quapiam innoxione corrumpere. P. Do-

Opera bona initio quidem nihil sunt; exigua sunt...

Per opera bona, que vi promissionis, quam nobis...

Ubi sunt Christiani, qui hodierna die serio ad-

Opera bona testes sunt fidei, Salvianus ait, sine fide...

Christianus sine operibus habens fidem, ut cum S. Cl-

Cur abhulit Jesus Christus Iesus ab Ecclesia, ut Gen-

Magnus in bonis operibus defectus, quod in illis nosmetipsos...

Defectus alter, qui in opera nostra bona solet ob-

Defectus tertius, qui in opera nostra bona solet ob-

Defectus quartus, qui in opera nostra bona solet ob-

In ipsa Ecclesia primordiis fides vivebat, latiusque...

Per opera bona, que vi promissionis, quam nobis...

Ubi sunt Christiani, qui hodierna die serio ad-

Opera bona testes sunt fidei, Salvianus ait, sine fide...

Christianus sine operibus habens fidem, ut cum S. Cl-

Cur abhulit Jesus Christus Iesus ab Ecclesia, ut Gen-

Magnus in bonis operibus defectus, quod in illis nosmetipsos...

Defectus alter, qui in opera nostra bona solet ob-

Defectus tertius, qui in opera nostra bona solet ob-

Defectus quartus, qui in opera nostra bona solet ob-

operatur: Nimis festinatio, & naturalis activitas opti-

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

operatur: Nimis festinatio, & naturalis activitas opti-

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

operatur: Nimis festinatio, & naturalis activitas opti-

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Novit Dominus tunc, & quidem longe, te melius;

Bona opera...

In modo pau-

Bona opera...

Deus opera...

Per bona...

Per bona...

De bonorum...

Bona adio-

Magnus in...

Nimis festi-

Ratio bono...

Præmiū ma-

Unio que...